Maria planxit super super exequias filij sui dilectissimi



Capitulum xxviii°

In precedenti capitulo audivimus quomodo xps de cruce est depositus
Consequenter audiamus quomodo fuit sepultus
Joseph et nycodemus corpus in syndone involuerunt
Et condigentes aromatibus in monumentu posuerunt
Maria affuit cu inenarrabili planctu et lamentacione
Cum luctu et multaz lacrimaz effusione
Nulla lingwa sufficit eius dolorem enarrare
Nec aliqua mens sufficit eius tristicia cogitare
In tantum tota nocte et die in planctu fatigata erat
Qd vix exequias filij ad sepulchru sequi poterat
Totis osculis et amplexibus corpus filij constringebat
Quod omnis populus sibi compaciens querulando dicebat
O qualem crudelitatem impyssimi hodie exercuere
In Erat tam pulchra et delectabili muliere
In tantu planxit luxit ingemuit et ploravit
Qd alios ad paciendu et ~~com~~plorandu provocavit
Cuius cor tam tribulatissime matri no compateretur
Cuius ad tantaz lacrimaz effusiones no emolliretur
Nunc manus filij nunc pedes eius deosculabatur
Nunc collum eius nunc latus astringendo amplexabatur
Nunc pectus suum pugnis percuciebat et tundebat
Nunc manus cu effusione lacrimaz constringebat

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/speculum1436/0149
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg